

Epistola petri. ii.

603

ri in ferroze qui ad temptationem vobis sit: quasi noui aliquid vobis conringat: sed comunicantes christi passionibus gaudere: vt in reuelatione glorie eius gaudeatis exultantes Si exprobramini in nomine christi: beati eritis: qm̄ quod est honoris glorie et virtutis dei. et qui est eius spiritus super vos requiescet. Nemo aut̄ vestru patiatur: quasi homicida aut fur aut maleficus aut alienozū appetitor. Si aut̄ vt christianus. non erubescat glorificet aut̄ deum in isto nomine: quoniam tempus est vt incipiat iudicium a domino dei. Si autem primum a nobis: quis finis eorum qui non credunt dei euangelio: Et si iustus quidē vix saluabitur: impius et peccator vbi paribunt: Itaq; et hi qui patiuntur secū dum voluntatē dei. fidei creatori cōmendent aīas suas in bñfactis. ¶ V

Entiores ergo qui in vobis sunt obsecro confentio: et testis christi passionum: qui et eius que in futuro reuelanda est glorie communitator. ¶ **P**ascite qui in vobis est gregem dei: prouidentes nō coacte sed spontanee fm̄ deum: neq; turpis luci gratia: sed voluntarie: neq; vt dominantes in deris: sed forma facti gregis ex animo: et cui apparuerit princeps pastozum percipiens inaccessibilem glorie coronam. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes enim inuicem humilitatem insinuate: qz dñs superbis resistit: humili autē dat gratiam. ¶ **H**umiliamini igitur sub potenti manu dei vt vos exaltet in tpe visitationis: omnē sollicitudinem vestram proticientes i eū quoniā ip̄i cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate quia aduersarius vester diabolus tanq; leo rugiens circūit querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passio-

nem ei que in mundo est vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie qui vocauit nos in eternam suam gloriam in christo iesu modicum passus. ip̄e perficiet. confirmabit. solidabitq; Ipsi gloria et imperium: in secula seculozum. Amen. ¶ **P**er siluanum fidelem fratrem vobis vt arbitroz breuiter scripsi obsecrans et prestans hāc esse veram gratiam dei in qua statis. Salutat vos ecclesia que est in babilone collecta. et marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in christo iesu. Amen.

¶ **E**xPLICIT epistola beati Petri apostoli prima. Incipit argumentū in epistolam secundam.

Imon petrus per fidem huius mundo sapientes mortuos esse declarat: eisdemq; pietatis quanta sit magnitudo luce ipsa clarius manifestat.

¶ **E**xPLICIT argumentum. Incipit epistola secunda beati Petri apostoli.

Capitulum I

Imon petrus suus et apostolus ihesu christi: his qui coequali nobiscum sortiti sunt fidē iusticia dei n̄r saluatoris iesu christi. Gratia vobis et pax adimpleatur in cognitione dei et christi iesu domini nostri. Quomodo omnia nobis diuine virtutis sue que ad vitam et pietatem donata sunt per cognitionem eius qui vocauit nos propria gloria et virtute: Per quam maxima et preciosa nobis promissa

4.c.
e.β.
e.γ.
jz.c.